

b diximus, anno illatis Corbeiensibus, Archiepiscopus, libera per telo- in obli-
 a nium suum transvectione largè illa compensavit; id quod hæ tabu- dione
 sl læ in castris ad Brunswicum datæ testantur, quas operæ precium ha- Brun-
 d buimus hic interponere, ut ex his intelligatur, quinam simul Epi- twicensi
 ol scopi, & Principes Imperij ad hanc expeditionem Saxoniam Corbei-
 o convenerint. enf. dam-

In nomine sanctæ et individue Trinitatis, Philippus sanctæ Coloniensis na obli-
 Ecclesiæ Archiepiscopus, universis Christi fidelibus tam futuris quam præ- dione
 sentibus in perpetuum. Quoniam ex Verra Saxonica, quam nos pro multa Brun-
 necessitate Coloniensi Ecclesiæ contra sevitiam Domini Henrici de Brun- twicensi
 swich aggressi sumus, Ecclesia Corbeiensis ab exercitu nostro multa in sti- illata
 pendiiis fratrum incommoda, et non modicam rerum suarum pertulit deva- Corbei-
 stationem, placuit nobis et salutare visum est, aliquam eidem Ecclesiæ dam- enf. dam-
 norum suorum conferre restorationem. Noverit itaque universitas Christi na telonij
 fidelium tam futurorum quam presentium, quod præfata Ecclesiæ fratri- Nussien-
 bus theloneum Nussense in perpetuum condonavimus, ita ut ipsi annuatim fis con-
 in vino suo deducendo immunes sint ab hoc theloneo. Cum ergo vita homi- cessione
 num brevis, memoria labilis sit, ne quis tam pium et rationabile factum de- compensat.
 moliri possit in posterum, presentem inde paginam conscribi, et sigilli nostri
 impressione communiri jussimus, sub horrendi anathematis interminatione di-
 strictè præcipientes, ne aliquis hoc apud nos piæ devotionis intuitu actum in
 in irritum reducat, vel hujus rei violator existat. Testes hujus rei sunt Ar-
 noldus Trevirensis Archiepiscopus, Athelogus Hildesimensis Episcopus, Sifri-
 dus Paderburnensis Episcopus, Herimannus Monasteriensis Episcopus, Ar-
 noldus Osnabrugensis Episcopus, Anno Mindensis Episcopus, Lotharius
 Bunnensis Præpositus, Volricus Ressen Præpositus, Bernardus Sucaciensis Præ-
 positus, Theodoricus Comes de Hostadin, Otto frater ejus, Hermannus Co-
 mes de Ravensberg, Albertus Comes de Everstein, Widekindus de Waldek-
 ke, Fratres de Hallermunt, Ludolfus et Wilbrandus, Fratres de Dasle, Lu-
 dolfus et Adolfus, Henricus de Lippia, Conradus de Sconinberg, Reinerus de
 Froizprecht, Henricus de Vore, Rodolfus de Steinvorde, Fratres de Volde-
 steine, Heinricus et Gerardus, Godescalcus de Padberg, Hermannus Sculte-
 tus Susaciensis, Gorwinus de Altina, et alii quam plures. Acta sunt hæc Do-
 minicæ Incarnationis Anno MCLXXX, Indictione * - - -, regnante Fri-
 therico gloriosissimo Romanorum Imperatore Augusto. *13.
 Data in expeditione
 Saxonica prope Brunswich IV Idus Augusti.

Ex hisce literis, nunquam hæctenus prolatis in lucem, simul re-
 fellas Scriptores, qui passim hanc expeditionem adversus Henricum
 Leonem in sequentem annum rejiciunt. Rectius nobiscum sentiunt
 Scriptores Chronici Montis Sereni, & Pegaviensis. Ceterum cum
 Archiepiscopus omnibus viribus oppugnationi insisteret, Brunswi-
 cum post duorum mensium obsidionem circa Calend. Septembris
 deditum, in potestatem ac fidem Cæsaris accipit. Leo interim cum
 Saxoniam